Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de

Lvgdvni, 1659

X. De peccati effectibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

Visual Library

43. *Qui ob veniæ fiduciam recipiendæ per Confeſſionem delinquit, peccat ne grauius?* Non videtur grauius peccare, niſi iuſtitiæ contemptus adiiceretur.

44. *Qui alium ad peccandum inducit, peccat ne ſemper ſpeciali ſcandali crimine?* Non, niſi ideo inducat, vt eum in mortale labi efficiat. Peccat tamen alio peccato numero diſtincto. Aliquando etiam grauiùs tantùm peccat, vt in his peccatis accidit, in quibus neceſſariò ſociorum concurſus requiritur.

CAPVT X.

De Peccati effectibus.

45. *QVnam Peccati effectus recenſendi?* Primus eſt macula, quam peccatum actuale infert, & in qua peccatum habituale conſiſtit. Secundus eſt reatus pœnæ, ſeu æternæ, ſeu temporalis: ſeu damni, ſeu cenſus. Tertius eſt diminutio naturalis inclinationis ad virtutem, quatenus voluntas acquiſito per peccatum habitu vitioſo, facilius ad malum defertur, ad quod habitus vitioſus inclinat.

46. *Num vnum peccatum alterius pœna eſſe poſſit?* Per ſe & formaliter conſideratum, quatenus culpam dicit, non poteſt, ita vt Deus velit hominem ob culpam præcedentem in aliud prolabi delictum; quia peccatum non poteſt à Deo intendi. Si verò peccatum ſpectetur ſecundùm eius accidentia, vt ratione infamiæ, vel triſtitiæ, vel ſubtractionis gratiæ, vnum peccatum alterius pœna poteſt exiſtere.

CAPVT XI.

De cauſis à Peccato excuſantibus.

47. *AN aliquæ cauſæ excuſantes à crimine?* Sunt quidem, quas ad quatuor claſſes adduco. 1. Diſpenſatio validè obtenta. 2. Impotentia phyſica, aut moralis. 3. Vis, aut metus, ſeu proximum grauis damni periculum. 4. Ignorantia inuincibilis, & inaduertentia.

48. *Esto quòd impotentia excuſet à peccato: requiro, numquia non poſſum totum præceptum implere, tenear adimplere partem, quam poſſum?* Teneris, modò ſit pars notabilis, & à Superiori

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN